



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 188. Erat enim magnus dies ille Sabbari. v. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

Ecce ita colatores isti culicum corpora mortua facere non horrebant, sed in cruce manere detestabantur sabbato, crimina & mortem animæ suæ manere in sabbato non curant, corpora mortua tolli vehementer procurant anxij & curiosi: Christum occidere non dubitarunt in petalceus sabbati, & occisa manere ante oculos in ipso sabbato horrescunt.

Authorem legis interemerant & legem seruare fingebant, honorant magnum illius sabbathi diem qui magni diei Dominum et crucifixerant; sic hi legem illam quæ tantummodo ciuitatis & humanitatis erat summo studio obseruant, interim totam legem præuaticantes. verum sic solet hypocritis suos palliare impietate. Istorum gloria magna est Domine in Religionibus, in quibus obseruantia viget ubi pro Regula obseruanda parati sunt displicere omnibus satrapis mundi & perferre quæcunque mala Eleazarus seruus ille tuus fortissimus, qui maluit mori quam vesci carnibus illicitis, simulando se manducare illicitas, isti sunt viri magni & fortiores leonibus & velociore aquilis superantes omnia impedimenta terrarum, per inuiolatam custodiam legum festinant ad optatissimam requiem tuam, sed tales non fuere hi principes Iudæorum, qui non tam sabbatum curabant, quam Christi mortem & ignominiam: vnde illi merito sequuntur re legislatorem in vitam æternam, & hi seductorem legis diabolum in mortem æternam. dirigere ergo & conseruare dignare Domine Iesu hodie & quotidie corda & corpora nostra, sensus quoque & sermones, & omnes actus nostros in via & in lege mandatorum tuorum, vt placere possimus tibi & tecum ingredi in vitam æternam, Amen.

§. 188. *Erat enim magnus dies ille Sabbati. v. 31.*

Magnus dies, qui mysteriis magnis magnus, veri paschatis dies primus. phate hoc vere transitus dicebatur tunc enim à statu peccati ad gratiam, à statu mortis ad vitam traducti sumus. Hic enim erat ille dies quam vt videret exultauit Abraham, diem hunc expectabāt patres in limbo magnus dies fuit is quem prædixit Daniel, eius dicens septuaginta Hebdomadz à breuiata sunt &c.

Magnus dies, quia fuit finis legis scriptæ & principum legis Evangelij & magnus dies toti orbi memorabilis, sic nimirum dies est natalitius regenerati mundi dies: in quo totus regeneratus est orbis. Memorabilem diem seruauerunt Iudæi in qua Holofernes occisus est, & hac die Lucifer communis hostis deletus est.